



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale  
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,  
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium  
occurrere solitis, & ex communiote ...**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1678**

§. II. Quis sit effectus hujus computationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

**§. I.**

**Quomodo jus civile arborem consanguinitatis constituat?**

In linea recta eandem regulam observat, quam Jus Canonicum: pro linea transversali vero tam aequali, quam in aequali ponit unicam, eamque hanc regulam: totus gradus, quot sunt personae, stipite dempto: Unde duo fratres juxta hanc computationem sunt in secundo gradu, qui tandem juxta Jus Canonicum in primo gradu constituuntur.

**§. II.**

**Quis sit effectus hujus computationis?**

Resp. Iste, quod quando aut tutela committenda, aut ab intestato succedendum est, computatio juris civilis servetur, si vero matrimonium inter consanguineos ineundum est, Juris Canonici computatio prævaleat.

**§. III.**

**Quomodo gradus Affinitatis computet jus civile?**

Resp. Quod eodem modo computet hos gradus, sicut consanguinitate diximus, hoc solum discrimine obseruat, quod Jus Canonicum velit matrimonium in quarto gradu irritum esse, jus civile vero idem impedimentum ad secundum gradum duntaxat extendat.

**§. IV.**

**Quod discrimin inter Agnatos & Cognatos faciat jus civile?**

Resp. hoc, quod Agnati tantum dicantur iij, qui per virilis sexus personas cognitione juncti sunt; Cognati vero dicuntur, qui per foeminei sexus cognitionem junguntur. Unde Agnati & non Cognati hodie etiam in feudi successione in §. hic vero de successione fraterna deciditur.

MEN.